



Georg 947



Georgs-B.

504


Die Comedien sind am Freitag Abend im Theater am Dom zu Dessau aufgeführt werden - Georgs-B. 1800. Jahr



APPELLATIO D. MAR.  
TINI LVTHERI AD  
CONCILIVM A

Leone Decimo, denuo re  
petita & innouata.

V VITTEMBERGAE.



I H E S V S.

Notum sit omnibus Christianis, quod ego Martinus Luther antea a Leone decimo Papa legitime & iuste appellavi ad futurum Concilium, inquis ad hoc coactus grauaminibus eiusdem Leonis Papæ. Cuius appellationis tenor sequitur, & est talis.

ЯНДОИТАДІВЧА  
САНІВЕНТУСІМІТ  
РІВІДНОС

САНІВЕНТУСІМІТ

САНІВЕНТУСІМІТ



Martinus Lu  
e appellauit ad  
rauaminibus  
or sequitur, &

## APPELLATIO F. MARTINI LUTHER, AD CONSILIVM.

In nomine domini Amen. Anno a nativitate eiusdem Millesimo quingentesimo decimo octauo, indictione sexta, die vero solis uigesima octaua, mensis Nouembris, Pontificatus sanctissimi in Christo patris & domini nostri Leonis diuina prouidentia Papæ decimi, anno sexto, in mea Notarii publici testiumq; infra scriptorum ad hoc specialiter uocatorū & rogatorum præsentia. Constitutus Reuerendus P. dominus Martinus Luther Augustinianus Vuittembergen. sacre Theologiae Magister, ac ibidem lector ordinarius Theologie principalis, ac principaliter pro seipso citra tamen quoruncunq; procuratorum suorum quomodolibet haftenus per eum constitutorum reuocationem, habens & tenens suis in manibus. quandam prouocationis & appellationis papyri schedulam animi & intentione prouocandi & appellandi, Apostolosq; petendi, dicens, narrans, prouocans & appellans, certis & legitimis de causis. In eadem schedula contentis & comprehensis, ad Concilium proxime & immediate futurum, saltem in spiritu sancto legitime congregatum, aliis uero congregationibus, factionibus & concionibus priuatis penitus seclusis protestans aliaq; faciens, prout in dicta appellationis schedula plenius continetur, habetur & describitur. Cuius tenor sequitur, & est talis.

VM appellationis remedium in subsidium & releuamen oppressorum a iuriū cōdito rībus sit inuentum, & non solum ab illatis, querumetiam ab inferendis, & inferri cōmin natis grauaminibus & iniuriis, iura appellare permitat. Adeo quod inferior de nō ab appellando ad superiore statuere nō possit, & manus super orum claudere. Sed cum satis sit in professo, sacro sanctum Concilium in spiritu sancto legitime congregatum, sanctam Ecclesiam catholicam representans, sit in causis fidem concernentibus supra Papam, evenit quod nec Papa in

A ii

causis huiusmodi, ne ab eo ad Concilium appelleatur, statuere possit tanquam id agens quod ad officium suum non spectat ullo modo. Sitq; appellatio ipsa defensio quædam, qua iure diuino, naturali & humano cuiq; competit, neq; per principem afferri possit. Idcirco ego frater Martinus Luther ordinis Eremitarum sancti Augustini Vuittembergeñ. sacre Theologiae Magister indignus, eiusdemq; ibidem Lector ordinarius principalis, principaliter & pro meipso coram uobis Notario publico, tanquam publica & autentica persona, ac testibus hic præsentibus, animo & intentione prouocandi & appellandi, Apostolosq; petendi & accipiendi. Premissa tamen expressa hac & solenni protestatione, Quod contra unam sanctam & catholicam & Apostolicam Ecclesiam, quam totius orbis esse magistrum & obtainere principatum non ambigo, sanctæq; sedis Apostolice auctoritatem, ac sanctissimi domini nostri Papæ bene consulti potestatem, nihil dicere intendo. Si quid auté ex lubrico forsan linguae, seu aduersariorū potius irritamento, minus recte, & non ea qua debeat reuerentia dictū fuerit, paratissimus sum illud emendare, sed quoniā is qui vicem dei in terris gerit, quē Papā dicimus, cū sit homo similis nobis ex hominibus assumptus, & ipse (ut Apostolus dicit) circumdatus infirmitate, potens errare, peccare, mentiri, uanus fieri, nec sit exceptus ab illa Prophetæ generali sententia, Omnis homo medax. Nec sanctus Petrus primus & sanctissimus omnium pontificum, ab hac infirmitate liber fuit, quin noxia simulatione contra ueritatem Euangeli incederet, Ita ut rigida quidem, sed sanctissima reprehensione Apostoli Pauli opus habuerit corrigi, ut ad Galathas secundo scribitur. Quo nobilissimo exemplo per spiritū sanctum in Ecclesia monstrato, in literis sacratissimis relicto fideles Christi erudimur, & certi sumus, quod si quis sumimus pótifex eadē Petri uel simili infirmitate lapsus, qd' preceperit uel decreuerit, qd' contra diuina militet mādata, nō solū obediendū ei non esse, ueruetā cū Apostolo Paulo in faciem ei resisti posse, immo debere, ac uelut per inferiora membra infirmitati capit, pia totius corporis solicitudine succurri.



Et in huius exempli praesentem ac perpetuam memoriam,  
non sine singulari dei consilio factum esse, non obscure intelli-  
gitur. ut non solum sanctus Petrus, sed etiam salutaris eius re-  
prehensor Paulus sanctae Romanae Ecclesiae iuxta & simul pa-  
trocinarentur & praesentent, ne scilicet solum literis, sed sensibili  
quoque monimento huius summe necessarii ac saluberrimi ex-  
empli assidue moneremur, tam ipsa capita, quam nos mem-  
bra. Quod si quae potentium ui armatus, tantum praeualuerit,  
ut resisti ei non possit, unum certe illud predictum appellatio-  
nis remediu, reliquum est, quo oppressi releuentur. Ad quod  
& ego Frater Martialis Luther predictus modo & animo pre-  
dictis confugiens, dico & propono. Quod cum diebus supe-  
rioribus indulgentiae a quibusdam Comissariis (ut asserebant)  
Apostolicis indiscretissime praedicarentur, in regione nostra  
Saxoniae, adeo, ut ad exugendas populi pecunias inciperent,  
absurda, haeretica, blasphemia quedam praedicare, in seductio-  
nem animarum fidelium, & summū ludibrium Ecclesiasticæ  
potestatis, praesertim de potestate Papæ in purgatorium, ut co-  
tinet eorum libellus, que summaria institutio vocatur, cum  
tamen certum sit ex c. Abusionibus, Papam non habere pro-  
sum ullam potestatem in purgatorium. Deinde una totius Ec-  
clesiae sententia, omniū doctorum consensu. Indulgentiae sint  
nihil nisi remissiones satisfactionis poenitentialis a suo iudice  
impositæ, ut est clarus textus c. quod autem. Satisfactionio autem  
poenitentialis ab Ecclesiastico iudice imposta, aliud non sit  
quam opera ieiunii, orationis, elemosinæ &c. Ideoque clauibus  
Ecclesiæ remitti non possit, quod eisdem non fuerit impositū.  
Item quod certum est ex distinctione trigesima quinta. c. Qua-  
lis, quod in purgatorio non solum poena, sed & culpa remittitur.  
Culpam autem Ecclesia remittere non potest, sicut nec gra-  
tiam conferre. Iстis autoritatibus nixus, cum disputandi more  
fuisse relictatus impuris & insulsiis illorum dogmatibus, cae-  
perunt illi lucri studio furentes, primū publicis declamationi-  
bus ad populum declarare me haereticum temeritate impudē-  
tissima. Deinde apud sanctissimum dominum Leo-

A. iii

nem decimū per quendā dominū Mariū de Perusis procuratorem fiscalem accusare, tanquā hæresi suspectū. Et pereundē dominū tandem impetrantes cōmissionem citandi mei, in personas Reuerendissimorū dominorū & patrū Hieronymi de genutis Episcopi Asculani causarum Cameræ auditoris, & Siluestri prioratis pallacii magistri, per eosdem me citari curauerunt ad urbem, ad personalitē comparēdum. Cumq; ego nec Vuittembergæ tutus ab insidiis, tantū iter perficere nō possem nec Romæ tuto consistere, & pauperculus & imbecillus corpore. Deinde iudices præfati mihi multis causis fuissent suspeicti, præsertim qd' Reuerendus pater Silvester aduersarius mihi fuerit, & Dialogū contra me iam ediderat, & sacris literis minus eruditus quā ista cauſa ferre possit, dominus autē Hieronymus in iuribus quoq; plus quā Theologia doctus, merito timebatur Silvestrinæ theologiæ cōcessurus, & extra modū suæ professionis hanc rem haberē. Sollicitauit per Illustrissimū principem, dominū Fridericū ducem Saxoniæ, sacri Rotmani Imperii Archimarschalcū, Landgraviū Thuringie, Marchionē Myſne, ut cauſa ad partes cōmitteretur nō suspectis, sed honestis & bonis uris. tunc illi crassa quadā & insulsa astutia instruisti, apud sanctissimū dominū Leonem &c. egerunt, ut cauſa in seipso, hoc est, in personam Reuerendissimi dñi Thomæ sancti Sixti Cardinalis, tunc in Germania sedis Apostolicæ legati, transferretur, ut qui de ordine Predicatorū & Thomistice factionis ( id est ) aduersariæ uel primati, facile speraretur, contra me pro ipsis diffiniturus, aut ut uerisimile est, certe ut huius facie iudicis absterritus, recusarem comparere, & contumacia incurrerem. Ego tamē ueritate dei fretus ad Augustam multo labore & magnis periculis ueniens humaniter quidē a præfato Reuerendissimo &c. susceptus sum. Qui cū posthabita protestatione mea & oblatione, qua uel publice uel priuatim me responsurū obtuli corā Notatio & testibus. deniq; præsentibus quattuor insignibus uris Cesareæ maiestatis Senatoribus, simulq; subiicerem me, meaq; dicta sanctæ sedi Apostolicæ & iudicio quattuor illustris uniuersitatū, Basiliæ, Friburgeñ, Loua-



nieñ. tandem & studiorū parenti nobilissimæ Parisieñ. me sim-  
pliciter ad reuocationē urgeret, nec uellet ostendere mihi erro-  
res meos, & quibus rationibus uel autoritatibus error a me in-  
telligi posset, nimio scilicet suæ factonis fratribus affectus, &  
iniquitatis faciem assumens, tandem nisi reuocarem, abiectis pre-  
cibus & uotis discendi, & informationibus petitionis minas di-  
tas, ac crudelissimas uigore cuiusdā Apostolici breuis intenta-  
uit, ac ne redirem in faciem suā imparauit. Quibus grauamini-  
bus Iesu, tūc ab eius iniqua & uolenta præsumptione, & præ-  
tenſa sibi cōmissione appellauit ad sanctissimū dominum no-  
strū Leonem decimū melius informandum, prout in scedula  
huiusmodi appellationis plenius continentur. Nunc uero etiam  
ista appellatione ( ut dixi ) contempta, cū usq; hodie cupiam,  
non nisi ut ostendantur mihi errores mei, quicunq; tandem id  
possit prestare, de quo denuo legitime protestor paratissimusq;  
sim reuocare, si quid male dixisse fuero edoctus, Deinde totā  
disputationē mēa subiecērī summo Pontifici, ita ut nec ego  
amplius aliquid in ipsa facere habeam, quā expectare sententiā  
quā & usq; hodie expecto. Nihilominus tamē, ut audio, & idē  
Reuerēdissimus dñs Thomas sancti Sixti Cardinalis, scribit ad  
illusterrissimū principē Fridericū, in Romana curia procedi con-  
tra me, & auctoritate eiusdē sanctissimi dñi nostri &c. Iudices  
pratensos causam prosequi in damnationē mēā, nō attēdentes  
mēa fidelē & superabūdantē obedientiā, qua rāta difficultate  
cōparui Augustū, nec curantes oblationē mēā honestissimā,  
qua me ad responſionē publicā & priuatā obtuli. Deniq; contē-  
nentes ouem Christi petentē humiliter doceri ueritatē, & redu-  
ci ab errore, sed simpliciter nec audita, nec redditā ratione, me  
ra autē tyrannide & plenitudine potestatis urgere ad reuocatio-  
nē sententiā, quā ex cōſcientia uerissimā iudico, & ad abnegā-  
dam fidē Christi & ueram apertissimā scripturā intelligentiā  
( quantū mea capit conscientia ) seducere uolentes. Cū potestas  
Papæ nō contra, nec supra, sed pro & infra scripturā & uerita-  
tis maiestatē sit, nec potestatē Papa acceperit oues perdendi,  
in luporū fauces proiiciendi, & in errores errorumq; magistros

tradendi, sed ad ueritatē ( sicut pastore & Episcopū uicarum Christi decet ) reuocandi. Ex quibus me lesum, grauatiū sentiens, cū tali uiolētia uideam futurū esse, ut nullus etiā ipsum Christum audeat confiteri, nec scripturas sacras in Ecclesia sua propria profiteri, atq; ita me quoq; a uera, fana, Christianaq; fide & intelligentia in uanas & mendaces hominū opinioneis uiolenter protrudi, & in seductorias populi Christiani fabulas urgeri. Idcirco a p̄fato sanctissimo dño nostro Leone non recte consulto, supraq; dictis pretensis cōmissione & iudicibus, & eorū citatione ac processu, & oībus inde sequutis & sequuturis & quolibet ipsorū, ac a quibusuis excommunicatiōe, suspensione, & interdicti sentenciis, censuris, penis & multatis, atq; aliis quibuscumq; denunciationibus & declarationibus ( ut preuentū dunt ) hæresis & apostasie per eos uel alterū eorū quomodoli bet attentatis, factis & molitis, attentādis, faciendis & molendis, Ipsorūq; nullitate ( suis honore & reverentia semper saluis ) tanquā iniquis & iniustis, mere tyrannicis & uiolentis. Necnon a quolibet futuro grauamine, quod mihi ex eo uenire poterit, tā pro me quā pro omnibus & singulis mihi adherentibus, & adherere uolentibus ad futurū conciliū legitime, ac in loco tu-  
to, ad quē ego uel procurator per me deputandus libere adire potero, uel poterit. Et ad illū, uel ad illos, ad quē seu quos de iure, priuilegio, consuetudine, uel alias mihi prouocare & appellare licet, prouoco & appello in his scriptis, Apostolq; primo, secūdo, tertio, instanter, instantius & instatissime mihi dari peto. Si quis sit, qui mihi dare hos uoluerit & potuerit, & presertim a uobis domino Notario testimoniales. Et protestor de prosequēdo hanc meā appellationē per viam nullitatis, abusus, iniquitatis & iniusticiæ, & alias prout melius potero, optione mihi reseruata, addendi, minuendi, mutādi, corrigēdi, & in melius reformandi, omniq; alio iuris beneficio, mihi ac mihi adherentibus, & adherere uolētibus semper saluo. QVA quidē schedula corā me & testibus infrascriptis, ut premititur interposita, protestatus fuit & protestabatur expresse se per se uel procuratōrē non posse ad eū accedere a quo extitit appella-  
tum tamen



opū uicariorū  
grauatūq; sen-  
llus erā ipsum  
in Ecclesia sua  
Christianaq;  
nū opiniones  
stiani fabulas  
o Leone non  
e & iudicibus,  
tis & sequitu-  
atiōe, suspen-  
sūlctis, atq; aliis  
us (ut preten-  
i quomodoli-  
lis & molien-  
temper saluis)  
ntis. Nec non  
nire poterit,  
erentibus, &  
ac in loco tu-  
libere adire  
seu quos de-  
ocare & ap-  
Apostolos q;  
issime mihi  
potuerit, &  
Et protestor  
ullatis, ab-  
s potero, op-  
, corrigēdi,  
io, mihi ac  
aluo. QVA  
premittitur  
sse se per se  
tit appella-  
um tamen  
tum tamen propter metū plurimorū sibi & uite sua infidia-  
tiū, ac eius a quo appellauit, tum propter uiarū discrimina,  
ideoq; petuit sibi a me Notario publico cū debita instañ Apo-  
stolos tales, quales sibi de iure deberent, dari atq; concedi. Cui  
quidē petenti dedi Apostolos tales, q̄les sibi debentur, uel saltē  
testimoniales p̄sertim instrumēto publico extūc exarandos. Su-  
per q̄bus oībus & singulis pecuit a me Notario infra scripto unū  
uel plura cōfici atq; fieri, publicū uel publica, instrumentū uel  
instrumēta. Acta sunt hæc Vuittébergae Brandébuegeñ. dioce-  
sis, sub anno, indictione, die, mense & p̄tificatu, quib⁹ supra.  
Regnāte diuō Maximiliano Romanorū imperatore, hora ter-  
tiarū, uel quasi, In capella corporis Christi, in Parrochialis ibi-  
dē cimiterio situata. Præsentibus ibidē Christoforo Beehr sacris  
Apostolica & Imperiali auctoritate uicecomite Constantieñ.  
Et Hieronymo Papis Curiensis diocesis Cleric. testibus ad p̄re-  
missa uocatis, rogatisq; pariter & requisitis.

Postquā autē p̄dictus Leo decim⁹ in impia sua tyrānide in-  
duratus perseuerat & in tantū crescit, ut me qđā Bulla, ut fer̄,  
neq; uocatū neq; auditū, neq; cōuictū in libellis meis, dānarit.  
Ad hæc cōciliū Ecclesiasticū eē in rerū natura neget, fugiet & ui-  
tuperet, tāq; infidelis & apostata, suāq; tyrānidē illi⁹ ptati impi-  
issimæ p̄ferat, iubeatq; ipudētissime ut abnegē fidē Chri i sacra  
mētis percipiēdis necessariā, atq; ut nihil omittat qđ Antichri-  
stū referat, sacrā scripture sibi subiiciat & p̄culcet incredibili blas-  
phemia, simq; his intolerabilib⁹ grauaminib⁹ grauissime Iesus

Ego p̄dictus Martinus oībus & singulis in dño notū facio,  
me adhuc niti & inherere appellationi factæ & p̄dictæ, eāq; le-  
gitime corā Notatio & fide dignis testib⁹ innouauit, & his scrip-  
tis munio & innouatā p̄nūcio & in uirtute eiusdē adhuc perse-  
uero appellās & Apłos petēs iure & modo quibus fieri potest &  
debet melioribus corā uobis dño Notario publico & autentica  
persona & his testib⁹ ad futurū Cōciliū a p̄dicto Leone, primū  
tanq; ab iniquo, temerario, tyranicoq; iudice, in hoc qđ me nō  
cōuictū nec ostēsis causis aut informatōib⁹ mera p̄tate judicat,  
Secundo tanquā ab erroneo, indurato, per scripturas sanctas  
damnato, hæretico, & apostata in hoc, quod mihi mādat fidē  
catholicam in sacramentis necessariā abnegare. Terrio tanquā

ab hoste aduersario Antichristo oppressore totius sacrae scripturæ, in hoc quod propriis meritis nudisq; uerbis suis agit contra uerba diuinæ scripture sibi adducta. Quarto, tanquā a blasphemio, superbo contemptore sanctæ Ecclesiæ dei & legitimi Concilii, in hoc qd' psumit & mentitur, Conciliū nihil esse in rerū natura, quasi ignorat etiam si non sit actu congregati, tamen esse personas in Ecclesia non nihil in rerum natura, immo dominos & iudices omnium qui ad Conciliū pertinent pro tempore congregandū. Ne p enim ideo imperiū aut senatus nihil est, quia Imperator cum principibus aut senatoribus, non sunt congregati, quorū interest congregari, sicut hic insigniter & crasse delyrat Leo cum suis leunculis,

Horū omniū rationē reddere paratus, offero me pro loco & répore ad cōparendū & stādū & audiendū qs cōtradicat mihi.

Quocit a oro suppliciter, Serenissimū, illustissimos, inclitos, generofos, nobiles, strenuos, prudentes uiros & dominos, Carolum Imperatorem, electores Imperii, principes, comites, barones, nobiles, senatorib; & quicquid est Christiani magistratus totius Germaniae, uelint pro redimenda catholica ueritate & gloria dei, pro fide & Ecclesia Christi, pro libertate & iure legitimi Concilii, mihi meaq; appellacioni adhucere. Papæ incredibilem insaniam auersari, tyrannidi eius impiissime resistere, aut saltem quiescere, & Bullæ eiusmodi exequationem omittere & differre, donec legitime uocatus, per equos iudices probatus, & scripturis dignisq; documentis conuictus fuero, in quo sine dubio Christo rem facient, in die nouissima cumulatissima gratia remunerandā. Quid si qui hac mā petitionē cōteminentes, pergant & Papæ impio homini plus quā deo obediānt, uolo his scriptis me excusatū corā omnibus & uniuersuinsq; conscientiā hac fideli fraternaq; monitione requisitā, obstrictam suoq; onere grauata habere, & iuditio extremo dei super eū locum dare. Dixi.

Quare cū hæc sua grauamina in schedula quadā corā me publico Notatio & testibus infra scriptis legiſtet, Protestatus est se mel atq; iterū se persistere eo animo quo prius a prefato Leo

ne decim  
gitimo p  
tatio pub  
iure debe  
los quales  
tissimū in  
omnibus  
plura con  
strumenta  
celsis, An  
sti Millesim  
ro Saturn  
beatissimi  
prudent  
octauo, I  
hora deci  
rio suo int  
dem situa  
nis D. Joh  
Diocesis E  
cessis Mysti  
mino lac  
Domino  
sti sacerdo  
burgen. cl  
Et ego Io  
publicus S  
etis appelle  
protestati  
sic ut pre  
interfui. E  
hoc præse  
inde cōfe  
degi, sign  
signau. In  
cum roga

is sacra scripta  
uis agit contra  
inquit a blasphem  
i legitti Co  
nihil esse in reu  
regatū, tamen  
ra, immo do  
ment pro tempore  
natus nihil est,  
non sunt con  
gniter & crasse  
ne pro loco &  
tradicat mihi.  
simos, incli  
turos & domi  
tri, principes,  
quid est Chri  
stedienda ca  
Christi, pro li  
ellationi adhe  
nidi eius im  
eiusmodi exer  
uocatus, per  
cumētis con  
tent, in die no  
nod si qui hac  
mpio homini  
statu corā om  
nacq; monito  
ere, & iuditio  
corā me pub  
otestatus est se  
prafato Leo

ne decimo appellauerit, Herere sese & tuti iure & patrocinio le  
gitimo prius a se factae appellationis. Vnde pecuit sibi a me No  
tariorum publico cū debita instantia apostolos tales, quales sibi de  
iure debentur dari atq; concedi. Cui petenti tales dedi Aposto  
los quales a me expectare potuisset, nimirū testimoniales po  
tissimum instrumento publico ex tunc exarandos. Super quibus  
omnibus & singulis pecuit a me Notario infra scripto unū uel  
plura confici, atq; fieri publicū uel publica instrumentū uel in  
strumenta. Acta sunt hæc Vuittembergæ Brandenburgen dico  
cessis, Anno a nativitate domini & saluatoris nostri Iesu Chri  
sti Millesimo quingétesimo uigesimo, indictiōe octaua, die ue  
ro Saturni decima septima Mensis Nouembris, Pontificatus  
beatissimi in Christo patris & domini, domini Leonis diuina  
prouidentia Pontificis Romani, Huius nominis decimi anno  
octauo, Regnante diuo Carolo Romanorum Imperatore,  
hora decima uel quasi in loco habitationis suæ, siue in æstua  
rio suo intra muros & septa monasterii Augustinianorum ibi  
dem situato. Præsentibus ibidem uenerabilibus uiris & domi  
nis D. Iohanne Pockmanno philosophiae magistro de curia,  
Diocesis Babenbergensis, D. Valéntino klochtzer uom geyr, dio  
cesis Myśnensis Imperiali autoritate publico Notario, Do  
mino Iacobo Seydeller de Neuendorff Diocesis Misnensis,  
Domino Thoma Kluge a cygnea diocesis Numburgen. Chri  
sti sacerdotibus, & Caspare Creutiger e Lipsia, Diocesis Mers  
burgen. clerico, Testib⁹ ad præmissa uocatis pariter & requisitis.  
Et ego Iohannes Agricola de Eyszleben, diocesis Halberstadeñ.  
publicus sacra Apostolica autoritate Notarius. Quoniam prædi  
ctis appellationi atq; appellationis, repetitioni & innouationi,  
protestationi, juris sui reseruationi, Om̄busq; aliis & singulis dū  
sic ut præmitti fierent, una cū prænominalis testibus præsens  
interfui. Eaq; sic fieri uidi & audiui ac in notā lumpsi. Ex qua  
hoc præsens publicū instrumentū manu mea propria scriptū ex  
inde cōfeci. Subscripti, publicauit, & in hanc formā publicā re  
degi, signoq; nomine & cognomine meis solitis & cōsuetis ob  
signauit. In fidem & testimoniu omnū & singulorū præmisso  
rum rogatus specialiter & requisitus.











161  
Bücher aus der  
Lorenziana und der  
Stadtbibliothek von der  
Universität zu der Berne

W. B.  
durch Abt. 161  
aus der Bücherei  
der Universität zu  
Einsiedeln von der

947

EGOES-B









10.

APPELLATIO D. MAR.  
TINI LVTHERI AD  
CONCILIVM A

Leone Decimo, denuo re

restituta et corrigenda

x-rite colorchecker CLASSIC

